Illustrissime et Excellentissime Domine
Amice Observandissime

No 74.

Maximas Illrmæ Excellentiæ Vestræ debeo grates pro favoribus eujusq data quavis occasione declaratis et cum effectu expertis; recordabitur quoq benevolè, quod jam præterito anno, promotione benignâ, Sac: Reg: Majestas clementissimas ad Dn: Supremum Exercitus Lithvaniæ ducem dederit literas, quibus interdictum erat, ne miles Lithvanus locetur in Curlandia vel exindè subsistentiam exigat. Cum verò modò mihi relatum sit, quod certi Deputati Exercitûs Lithvanici â Dnô Supremo Duce in Curlandiam missi, ibidem subsistentiam exposcant, non obstantibus quibusvis remonstrationibus in contrarium factis, quod Curlandia ad ea præstanda de jure non teneatur et quod per continuos motus belli sit macerata et ab omnibus viribus exhausta imò et jam excursiones fecerunt; Proindè Illrmam Excellentiam Vestram officiosissimè rogo, dignetur

382

hanc mihi exhibere propensionem, ac apud Sac: Reg:
Majestatem intercedere, efficere ut extradat
quantocyus literas Universales Patentes Regias, vig:
re quarum nullus miles sub graviori animadversione
quicquam in Curlandia exigere vel subsistere aude:
at. Confido prorsus eatenus Illrmæ Excellæ Vestræ
præpollentiæ, cui omnibus modis me devinctum, rea:
lemq gratitudinem exhibiturum profiteor, et inter vo:
prosperrimorum successuum, existo,

Illustrissimæ Excellæ Vestræ,

ad Officia obser:
vantissimus ser:

Gedani die 12. Augusti.
aó 1713.

Ferdinandus. D
Curl

A Son Excellence

Monsieur Le Conte de Schönbeck, Grand Chancelier de Pologne, ..

à Varsovie.